Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Brief von Philipp Melanchthon an Johann Baptist Haintzel vom 24.02.1553 - K 3097, 2

Melanchthon, Philipp

[s.l.], 24.02.1553

urn:nbn:de:bsz:31-69156

Visual Library

K 3097, 2

Sed Et oculi & animi hominum
offenduntur, crebris praesertim mutationibus
rituum in templis. Ac initio Lutherus
vicinis incipiens idem volebat, ne novatus
sua morositas, istorum prophanis sermonibus
ferret. Quare hinc ad vos ~~proficiscentibus~~
proficiscentibus diserte dixi, ne quid
ipsi mutarent in ritibus. Ecclesiae vestrae
~~studebant~~ ac hominum sunt, ut expectarent
synodi deliberationem ea de re.
Multi suae consuetudini favent. Ideo
monui, ne pugnarent, ut omnino
ritus vestri ad nostram consuetudinem
congruerent. Eandem admonitionem
scribo nunc ad Kelzmannum et ad alios
Et hic Stephanum et Georgium amanter
oravi ut non pugnent de ritibus.
Optarim autem in vestra vicinia, Augustam,
Ulmam, ditionem Ducis Wirtembergensis

Deliberare de similis Ecclesiarum
forma. Etsi n. scimus vos
haec spectacula, ut ita dicam,
non oportere similia esse,
variis dissimilando alienare
oculos et animos populi.
Ac speravi vos de forma
Ecclesiarum urbis vestrae debere
ipsi rationem esse, quae possit
esse durabilis.

In pagellis vestrae formae quas
legi, placet mihi omitti
verba in pag. 15. De [illegible]
Dei. quia fatendum est
spiritu sancto nec infantes cum
baptizantur, sanctificari. Quia
ergo in eis motus spiritus sancti
~~[illegible]~~ qualis ~~[illegible]~~ illa aetas capere.

Mihi nō displicet omissio Exorcismi
ut nominat, qui adhuc apud
nos recitatur.

admonitione
Ex ~~precatione~~, de Baptismo,
maxime probo. Tertiū quod
aliquo modo interp̄tatur
verba In nomine patris, filij
& sp̄us s. q̄ pater recipiat
propter filiū, & sanctificet sp̄s s.

precationē vero ultimā de Baptismo
maxime probo.

In pagellis de Coena domini
nihil reprehendo. Sed explicatā
formā Absolutionis oporteret
recitari. Vidi in Megalburgēsi
scripto cōprehendi ~~de~~ In forma Coenae,
admonitionē, Confessionē, absolutionē,
precationē & grātiarum actionē.

Illud autem oro, ut vigilantes sitis
in tanto [illegible] veræ doctrinæ,
ac si quis in dogmatis aliquo
dissidium moveat, discedere pii iubeatis.
Bene & feliciter valete. Die Natali
Imp. Carolini 1553
Philippus Melanthon

Clarissimo viro
prudentia, erudi-
tione & virtute
præstanti
Johanni Bapti-
stæ Henckelio
Senatori
Inclytæ urbis
Augustæ Rheti-
cæ, amico
suo colendo.

15 Aprilis.